

A 160
—
—
|||

Dávid :

De falsa et vera.

Rmk II 106.

1a.

45 - 55 oldal.

em. & re.
m tyran.
01567:
itate do.
am con.

lebraici
piorum
erlatus
nnium

ienis
ninus
sim.
stur.
v
nt)
us,

e-
di

DE HORREN 4
DIS SIMVLACHRIS DE-
VM TRINVM ET VNVM
adumbrantibus.

CAPYT QVARTVM.

P R A E F A T I O.

QVID peperit deyna Essentia & tribus Personis doctrina illa Sophistica, & quam Deū Papatus hactenus coluerit, ex infrascri- ptis iconibus collige. Hęc enim omnia in phanis illorum passim prostant, & nunc quoque visuntur, nec est cur prætexat fucum, cùm in dies magis ac magis ab ipsis instaurentur, & de- fendantur.



E iii Idolum





Idolum hoc Trifronspassim in delubris visitur,
Decum Trinum & vnum Antichristi designans,
vnde illud Papisticum carmen.

Mense Trifrons isto Ianū pater vrbe Bifrontem
Expulit, vt solus regnet in orbe Trifrons.


Audi

47

Audi, & quid obiter narret Hieronymus Cardanus libro de subtilitatibus 19. & quam astute Satan per suos clientes, monstrum istud triforme loco Dei Trinitatis adorandum clanculum substituat.

In Magduni, inquit, oppido in Gallia nō procul ab Arelia sito, sacrilegus quidam Sacerdos sacrum Satane faciebat, uxore, filiaq; virgine astantibus, quibus vero cæmoniis, paucis referam. Is sub custodia semper habebat hostiam illam sacram in pixidula saligna reconditam sub lecti stramentis, quam, quoties volebat Diabolus facrum facere, expromebat, & in mensa exponere solebat, cui astabat virgo filia nudumensem manu sublata tenens, mucronemq; in sacrum Christi corpus intentans. Rebus sic constitutis & variis figuris, cæmoniisq; peractis, mox caput quoddam proferebatur, (ex qua materia nescio) triplici facie cœlatum, nempe Monadem illam Triformem, & Triadem Vniformem representans. Tum sortilegus figuræ Thau mille addebat, & legionibus aliquot Cacodæmonum cōuocatis, librisq; suis explicitis, primum adorari. Triceps illud caput iubebat, deinde adiuratis Demonibus, illum unum præsertim, qui Thesaurorum monstrator esse dicebatur, toties aduocabat, citabatq;, donec compareret. En quam officiosè astutèq; idolatriam Satan hominibus obtrudat.

Et





Et hoc secundum monstrum, in quo dām delubro penes
Cracouiam sito, cum summo Christiani nominis dede-
cōre sculptum reperitur, spiritus sancti processionem
ab ambobus præfigurans.

Sane biceps anni tacitē labentis origo.
Trifrontem pellas, ni vclis esse miser.


Eo

Eo
lus I
tem
loma
confi
in aul



En quod hostiam adorandam esse volunt Papistæ, & solus Deus Trinitas adoratur, oportuit totam Trinitatem in illa hostia contineri, ne manifesta appareret idolomania, quod Clemens septimus voluit hoc simulachro conficto Christicolis innotescere, quod & nunc Romæ in aulæis ipsius visitur.

F Apparet





Apparet & passim ridiculum hoc figmentum
egregiis decantatum encomiis, quod trium coæ-
ternitatem, coæqualitatem, & coessentialitatem
demonstrat. Iuxta illud.

In maiestatis folio,
Tres sedent in triclinio.

Antichristi

51.



Antichristi portentum est, ostendens Christi
carnem nihil ex virginie accepisse, sed de cœlo
realiter descendisse.

F ü Et



51



Antichristi portentum est, ostendens Christi carnem nihil ex virgine accepisse, sed de cœlo realiter descendisse.

F ii Et






Et hoc simulacrum aliam quoque Trinitatis
speciem demonstrat.

Stancari

53



Stancari somnium Christum inter totam Trinitatem
& homines Mediatore n fingentis: solebat quoque to-
gam in tres componere sinus, & postea aperire, quod
Trinitatem in unitate probaret.



Monstrum nuper ab inferis per Petrum Melium reu-
catum, anulus vnicus tribus geminis adornatus, vt om-
nia simul suum illum Ichouam Elohim, vnicam videli-
cet Essentiā, & tres Personas ad amissim præfiguraret.

F iii Nec



Nec verò idololatæ novi orbis eiusmodi monstrosis
idolis caruerunt (vti refert Odoardus Barbosa Lusita-
nus) qui Braminos quosdam dictos Caliciti Sacerdo-
tes esse narrat, idolum quoddam adorare iubentes, tri-
bus insignitum coronis, quod Trinum & vnum Deum
appellant.

S A B I N O R V M T R I N V S D E V S & vnuſ.

Nec illis dissimilia videntur, quæ de Trino, & Vno
Deo Blondus libro i. de Roma triumphante, in hunc
modum scripsit. Sanctus, Fidius, & Semipater dii fuere
Sabinorum, quos domo demigrantes in collem Quiri-
nalem cum cætera supellectile detulerunt, id est numen
verbis Trinum, re vnicum esse dixerunt; vnde licet
tribus ipsis templum esset in Quirinali colle dicatum,
vnius tamen Sancti vocabulo appellabatur, obtinuitq;
eiusmodi numinis opinio sanctitatem, magnamq; vim
habuit iurianduin, quo in Trino, & vnico numine
medium esse, quis Fidium affirmaret. Hæc ille.

DE II S E O D E M S E N S V E T I A M
apud Ouidium 6. Fastorum fit mentio, quibus Nonis
Iunii in colle Quirinali sacrum fiebat,

Quærebam Nonas Sancto, Fidiōne referrem,
An tibi Semipater? tunc mihi Sanctus ait,
Cuicunq; ex illis dederis, ego munus habebo,
Nomina terna fero, sic voluere Cures.

Audi

Audi & nostræ ætatis Theologos de Deo Trinomio
Verificantes.


55

Hæc ad Iordanem diuina in imagine quondam
Maiestas trino nomine visa fuit.

Accipies vnum trino de nomine numen,
Omnia quod verbo condidit, atque regit.
Sic se sæpe Deus patribus patefecerat olim,
Agnitus & trino nomine sæpe fuit.

Hæc sub imagine Triadis, quæ in Iordane appa-
ruit, visuntur, & passim venduntur.

En habes Antichristi Cerberos, & idola Papistarum
sacrilega, quorum venenum in hunc usque diem hausi-
mus muti, surdi, & cæci: quæ cum in ipsorum delubris
& alibi passim propalam appareant, nostra ne sint fi-
gmenta (vti absque ullo rubore improbi blaterant)
necne, diligentius perpende. Quod si eorum Geryo-
nes verè adumbramus, quæsumus vicissim, animaduer-
tere ne graueris, talem Deum Tritonias semper colu-
isse, & nunc quoque in animo gestare, qualem pinxe-
runt: Atheosq; futuros, qui eorum deliria tuebuntur,
atque sequentur. Hunc igitur Antichristi Gery-
onem nostris Ecclesiis pellendum esse duxi-
mus, quo pater, filius, & spiritus sanctus,
secundum scripturas, rectè co-
gnoscantur.



Neige.